

Ortus, an Hortus? ab hinc aliquo nunc tempore vestrum
Collustrare genus cepit formosus Apollo.
Nunc reliquos linquo. Celebris documenta Parentis
Si intueor, *Vitodurana* quæ contulit Urbi,
Non tantum fido pepulit medicamine morbos,
Laudibus at clarus Librum quoque scrinia struxit.
Unde suis meritis decoratus nomine Civis
Magna Viri, celebranda aliis, pergrata Jehovæ,
Et clara hæc meriti sequeris vestigia felix,
O *Hanharde*, PATRIS, pius ipse & gratus Amicis,
Pullus Apollineus! non tantum scire labores
Pæonios animo, sed eosdem reapse parare
Perge, rogo, Doctor Succendes thura Parenti,
Auguror, accedet propriæ fragrantia famæ.

Tesseram hanc veteris Amici hæc

L. M. Q. apponere voluit

SOLOMON HOTTINGERUS,
Medicus Tigurinus.

X.

Arima gerunt alii magnos habitura triumphos,
Tu sine Martigenum vulnere, victor ovas.

EMANUEL KÖNIG, Phil. & Med.D.
S. R. I. Acad. Nat. Curios. AVIENNA.

XI.

Ornabunt alii, queis nunc donaris, honores
Et Tibi promeritas laudes justo ordine dicent:
Sinceri tantum Tibi mitto ego signa favoris,
Versiculos istos paucos, quò cernere possis,
Ex animo applausus factos, queis grator honores;
Elogiis alii certent, vincamus amore
Nos, quò Tu nostros nôsti vicisse Parentes.

ANTHONIUS KUENZLINUS,
Med. Doctor, & Scholæ Vitoduranae Inspector.

XII.

Virtutis Comes, ut dicunt, est gloria, præsens
Hinc Tibi, quâ fulges, gloria, *Hanharde*, venit,

A 3

Ex